ceis oculis plene cernat. Dicit enim si quæsieris ab aliquo an uectidū norit: statim ut ille se cum cognoscere dixerit  
cum auaritiæ argues. i Cuius: eius qui interrogatur an Vectidium nouerit: responsum est: quærentis quem uectidi  
um dicat. Plures enim eodē nomine uocabant. l Diues arat: respondet interrogator eū se uectidū dicere: qui mul-  
ta prædia curib⁹ arat. Quantū non miluus oberrat: qui tot agri iugera in sabinis arat: quot miluus nō circūuolci. lus  
uenalis: Tot miluos intra tua pascua lassos. l

Hunc ais: interrogati responsio: Ais ne hunc ue-  
ctidium quasi ostendat se cū pbe cognoscere, hūc  
dis iratis: qui primum de uectidio quære coepe-  
rat: hæc omnia quæ sequuntur de eo enumerat. Hūc  
eclipsis figura est. Dico enim uerbum extrinsec⁹  
subaudiendum est. m Qui quandoque iugum  
pertusa ad compita figit: qui ita auarus est: ut arā  
do etiam in compitis aratū figat: atq; aliquā par-  
tem attritæ uię aratione cōminuat. Sunt qui ad cō-  
pitata referentes dicant cū ita auarū eē: ut cū cōpi-  
talia sacra fierent: ceteris feriatis ipse antequā per-  
geret: terram araret: atque subinde cū bob⁹ & ara-  
tro ad sacrificiū post arationem accederet. n Per-  
tusa cōpita: frequentia hominū pedib⁹ attrita: sūt  
enim compita: loca: in quæ multæ uię competant.  
o Seriole ueteris metuens deradere limum. sum⁹  
mā hominis auaritiā maximo artificio uerbo  
rum expressit. Osēdit enim cū non audere (ne pa-  
ru; quidē uideretur) cadum inire: quod multos an-  
nos ob auaritiā in cellario seruauit. p Veterē  
limū: uasa: uel argilla (quā nunc limum appellat)  
uel pice uel resina: uel gypso obturabantur. q  
Hoc bene sit: uerba hæc tanq̃ a uectidio dicta pos-  
nūtur. Nam cū ueteris uini cadum regypfare nō

auderet: aliud deterius uinum potans: quasi per auariciā ingemiscēs si melius uinum assumeret deterrimo uino sū-  
pto hoc bene satisque sit dicebat. r Tunicatū cepē: quod tunicas multas circum se habet. q Ollam farratam: olla;  
farre plenam: quo cibo pueri nimis parco uictui assueti: tanq̃ lauto & opiparo letabātur. t Morientis aceti: deficiō  
tis: acrimoniaque carentis. quanto enim acius: tanto meli⁹ acetū est. u At si unctus cesses: quemadmodū inquit  
tu uectidii auaritiā reprehendisti: sic aliquis si mollis desēsque fueris te reprehendet. Et figas in cute solem: fricā-  
do enim corpus atque unguentando ad solem cutis penetratur. x Ignorū: quæ ipse non uideas cū a tergo prope  
te sit. x Cubito qui tangat: aliquem cui uitia tua palam faciat. z Et acre despuat in mores: acriter inuehatur in  
mores tuos. a Penemque archanæque Lumbi runcantem: uellicantem ac depilantem uirile membrū: & obscenos  
locos: quo glaber & sine pilis circa inguinā. b Runcare autem a rusticis transulit: cum herbas frugibus noxias  
auellere atque farrare significet. c Marcentes pandere uuluas: ut pandas ac præbeas: uuluā uero mulieris tantum ē  
sed ppter coytum facyrica mordacitate cinēdi podicem uuluę munera peragentē uuluam appellauit. d Tu cū; ma-  
xillis: turpitudinem eius carpens interrogat cum barbā nutriat cur inguina uellicet & abradat. moris aut fuit bar-  
bam nutrire: cū ante superioris africanī tempora tonsores in urbe non fuerit. e Balanatum gauſape: barba unguē-  
rata. Balanus enī inter præciosa unguenta ponitur. Hora. Pressa tuis balanūs capillis: gauſape uero militare stramē  
tum est: quod pro lecto in castris sternebatur. Plin⁹ octauo. Antiquis enim torus e stramento erat: qualis etiam in  
castris gauſape: hoc cū uilloſū eēt: a uillorū pilorūq; similitudine gauſape pbarba posuit. f Detonsus curgulio: uia  
patens in gutture: per quam spiritus attrahitur atque emittitur: curgulio est. A cuius similitudine in obscenis eam p-  
tem appellat: quæ a pene ad annum est per quam a lumbis semen humanū ut per curgulationem spiritus fluit. quidā  
pro pene in curgulationis uermis formā se contrahentem uel exteudentē accipiunt. Nonnulli animum ab aspectus obs-  
cenitate intelligunt. g Quinque paleſtrite: quāuis quotidiē te expiles: non tamē circa inguina glaber eris: quæ  
admodum nec filix ab agro penitus aratione diuellitur. h Plantaria: quoniā paleſtrite uiri robusti sunt a palestra  
& luctatione cognominati: propterea ne ualentibus uiris paulum quid uellendum daret: plantaria per translationē  
propilis dixit: sunt autem plantaria ipſę plantę non in arboribus: sed in terra natę quæ cum radicibus & terra ppria  
transferuntur. i Elixas: depilatas & perpolitas: uī enim pilī euelluntur. Quidam elixas legunt: quasi aqua callida  
madefactas: ut dīli facili⁹ uellicent. l Forcipe adunca: q̃pī ipſi auellunt. forcipes enī q̃si fornicipes dictę sunt: q̃b⁹  
forua: hoc ē calida capiunt. Virgilius. viii. Versantque tenaci forcipe massam. Forcices uero sunt quibus incidimus.

Quæsieris⁹ nostin uectidi prædia? Cuius?  
Diues⁹ arat curibus: quantū miluus oberret  
Hunc⁹ ais? hunc diis iratis: genioq; sinistro  
Qui⁹ quādoq; iugū pertusa⁹ ad cōpita figit  
Seriole⁹ ueteris metuens deradere limū⁹  
Ingemit: hoc⁹ bene sit tunicatū⁹ cū sale mordens  
Cepes⁹ & farratā⁹ pueris plaudentib⁹ ollam:  
Pannosa⁹ fecē morientis sorbet aceti.  
At⁹ si unctus cesses. & figas in cute solem  
Est prope te ignotus⁹ cubito⁹ q̃ tãgit: & acre  
Despuat in mores penēq;⁹ archanaq; lūbi  
Runcantē⁹: populo marcentes⁹ pādere uuluas  
Tu⁹ cū in maxillis balanatū⁹ gauſape pectas  
Inguinibus quare detonsus curgulio⁹ extat.  
Quinq;⁹ palæſtrite licet hæc plantaria⁹ uellan  
Elixasq;⁹ nates labefactent forcipe⁹ adunca:  
Non tamē ista filix mansueſcit aratro.



l Cædimus inque uicem præbemus crura sagittis. Et ipsi alios reprehendimus: & nos quoque inuicem accusatiō aliorum subiicimur. m Inque uicem: themefis figura est: quæ sit quotiens uerbum aliquod simplex uel compositū diuidentes: unam uel plures dictiones interponimus: ut septem subiecta trioni. n Viuitur hoc pacto: ut alter alterius facta ac dicta carpat. o Sed lato balteus auro protegit: sed hoc tuum scelus ab opibus & diuitiis tegitur: quia uero ilia dixit: propterea balteo tegi subiunxit: nam balteus cinguli genus cum latum sit: ilia ipsa operit: quæ sub lateribus supra coxendices sita sunt. p Ut mauis da uerba & decipe neruos: hactenus nobilitatis uentositate: decoroq;

Cædimus: inque uicē præbentes crura sagittis  
Viuitur hoc pacto: sic nouimus: ilia subter  
Cæcū uulnus habes, sed lato balteus auro  
Protegis. ut mauis: da uerba: & decipe neruos:  
Si potes: Egregium cum me uicina dicat  
Non credam: Viso si palles improbe numo:  
Si facis in penem quicquid tibi uenit amarum:  
Si puteal multa cautus uibice flagellas:  
Ne quicquid populo bibulas donaueris aures.  
Respice quod non es: tollat sua munera cædo  
Tecum habita: aut noris quod sit tibi curta supellex.

#### Satyra Quinta

V Atibus hic mos est cētū sibi poscere uoces  
Centū ora: & liguas optare i carmine cētū  
Fabula seu mœsto ponatur hianda tragædo:  
Vulnera seu parthi ducētis ab inguine ferrum  
Quorsū hæc: aut quātas robusti carmiinis ossas  
Ingeris: ut par sit centeno gutture niti.  
Grande locuturi nebulas helicone legunto:  
Si quibus aut prognes: aut si quibus olla thyestæ  
Feruebit sæpe insulso coenanda gliconi  
Tu neque anhelanti: coquitur dū massa camino  
Folle premis uētos: nec clauso murmure raucis  
Nescio quid tecū graue cornicaris inepte

habitu decipe populum: & qui te intus non nouerit quantum uelis. Neruos enī & grauiores uiros & qui te intrinsecus noscunt nunquam decipies. Quidam neruos ueritatem ipsam intelligūt: quæ plurimum habet uirium & neruorum. q Da uerba: dare uerba decipere est: Terentius: Cui uerba dare difficile est. r Egregium cum me uicina dicat non credam. Hæc cum asseueratione pronuntianda sunt. Respondet enim adolescens. Nonne populi iudicio de me credam: si me egregium esse dicat. s Viso si palles: respondentis admonitio est: frustra se quempiam egregium esse putare licet ita iudicetura uulgo: nisi ab auaritia & libidine procul sit. t Amarum penem hoc ideo dictū est quoniam amaritudinē semper uenus commixta est. Vnde & acidalic cognomen propter curas sollicitudinesque ac amara tedia meruit. u Si puteal multa cautus uibice flagellas: sensus est: si grauibus usuris debitores affligitis. Dicit enim: si in exigendis pecuniis cautus tam iugiter ad tribunale prætoris accedis debitores accusans: eosque ad solutionem cogens: ut puteal ipsius frequentia & acerbitate tua cedere uidearis: frustra credes populo te egregium prædicanti. Nam puteal prætoris tribunal subselliumque est. Horatius: Forum putealque libonis mandabo siccis. x Respice quod non es: omissa ambitione atque aura populari: uirtutem sequere: teque ipsum cognoscere. y Tollat sua munera cædo: suas uulgo auferat laudes. Nam cædones uiles homines sunt: lucrum scelerates. Cædos enim lucrum significat.

V Atibus hic mos est: Diuersa hominum studia esse demonstrans. Cornutum præceptorem suū philosophia delectari scribit.

bit. Cui non nisi qui liber sit possit incumbere. Libertatem uero in animo esse probat. b Hianda mœsto tragædo. Cum hiatu pronuncianda. Mœsto autem dicens ad naturam allusit tragædiæ: cuius cum luctuosus exitus sit: tragædus quoque mœstus ac tristis pro conditione personæ inducitur. c Ab inguine parthi: sagittis in proelio maxime ualent: quas fugientes interdum in hostes iaciunt. Quoniam uero pharetra ab humeris pendens coxis laterique illidit: ob id ait ab inguine sagittas educere. d Quorsum hæc: interrogat cur centum sibi ora poetæ inuocent: cum ut ait Horatius: Nisi locus exigat fieri non deceat. e Quantas ossas: hoc in uituperationem scribetis dicitur qui nimium & infletur & turgeat. f Grande locuturi nebulas helicone legunto: Res grandes scripturi nebulas hoc est inflata & inania uerba ex helicone sumentes musas inuocent. g Si quibus aut prognes: aut si quibus olla thyestæ feruebit. si qui tragædias de progne atreque describent: qui parentibus filios in olla decoctos in cibum appofuerunt. Progne enim pandionis athenarum regis filia. Tereu thracum regis uxor philomenæ soror fuit: Quam cum a Tereo marito suo per uim stupratam comperisset itim filium ei comedendum appofuit. Atreus uero pelopis filius grauiter ferens phyessem fratrem cum Europa uxore sua concubuisse: eius liberos interfecit: decoctosque epulandos parenti dedit. h Insulso coenanda gliconi: quoniam ollam feruere dixerat in translatione uerborum perflans coenandam pro recitata subiunxit. Glicon uero tragædus tempestate Neronis fuit. i Tu neque anhelanti: Cornutum laudat: qui ampullositate uitata mediocritatem summo cum artificio profatur: quod ex Horatio transtulit: At tu conclusas hircinis auras: ut mauis imitare.



**h** Sclopo: inflatis spiritu buccis: sonit⁹ qui inde emittitur: sclopus dicitur. Bucca uero ea pars in facie supra mentum ad oculos est quę spiritu inflatur. Horatius primo sermonum: Quod causę est mento quin illis iuppiter ambas lrat⁹ buccas inflat. **i** Ore teris modico: ore modesto limas & corrigis. Modicum enī modestū a modo significat. **m** Pallescentes mores Malos: uitia enim pallorem generant: Horatius in epistolis: Nil conscire sibi nulla pallescere culpa. **n** Radere: signatis uerbis facilitatem cornuti exprimunt: qui non grauius cederet sed leniter corripere delinquentes. **o** Ingenuo culpam defigere ludo: lenitate perfacili & liberali ac suauī oratione reprehendere. **p** Hinc trahę quę dicas: hęc ad seipsū poeta loquitur ut qui tragœdiis: turgiditatibusque neglectis hęc cornuti modestiā in satyra describenda sectari uelit. **q** Nō equidem hoc studeo: tragœdiis ludicrisque omisis se satyram scripturum ostendit: quam ei diligētius emendādam committit. **r** Pullatis nugis: quoniam in tragœdiis fiebles illustrius personarum exitus continebatur: histriones quoque aliquę cum pulla ueste inducebatur. Pullum autē nigrū significat: Virgilius: Ne maculis infuscet uellera pullis. **s** Dare pōdus idonea fumo: uel res leues apta stili magnitudine illustrare: uel digna quę incendio consumatur. **t** Hortāte camenā: ut hanc meam satyram tibi excutiendam atque emendandam preberem antequam edere. **u** Camenę uero musę sunt quasi canenę a canendo cognominatę. **x** Quantaque nostrę Pars tua sit cornutę animę: hoc non solum ad amorem sed ad doctrinā etiā refert: cum omnem scientiam suā ab eo emasnuisse profiteat. **y** Pulsa dignoscere cautus Doctus amicū fictum a uero: & peritum ab imperito pbe discernere. Quod translatum ab emptoribus ualorum est: an solida sint pulsatione dignoscens tibus. **z** Pictę tectoria lingue: fucatam & dolo sam orationem per eandem translationem intelligit. Tectoria enim sunt cum calce: aut gypso parietes & eiusmodi cętera oblinuntur & leuigantur ad maiorem spectantiū gratiam & decorem. **a** Hic ego centenas: ad singularem amorem suum erga cornutum significandum centum ora sibi audere deposcere scribit. Quod superi⁹ in poetis inania scribentibus increpauit. **b** Sinuoso pectore: amoris gratięque capaci. Sinus enim quodcunque inflexus curuitatesque continet appellatur. **c** Resignent: aperiant & denudent. Nam signare signum apponere & ocludere. Resignare autem aperire significat. **d** Cum primum custos: postquam ex ephēbis discessi: me tibi coniunxi tuamque institutionem secutus sum. **e** Pauido mihi: pedagogum magistrumque timentī. **f** Custos purpura: pteptam intelligit: quę simul cum bulla in usum nobilium puerorum usurpata est. Dependebat autem bulla: hoc est monile antiquum ornamenti genus quod collo gestabatur a pectore: ut puerilem etatem alterius consilio regendā esse ostenderet. Eius forma in bullarum more rotunda erat. A cuius rei specie Plautarcho auctore in problematibus dicta est. Est uero bulla tumor quidam excrecens. Vnde & diminutium bullula deriuatur. Celsus secundo de urina scribens. Aut si quasdam quasi maculas representat: aut si bullulas excitat: qui de bullo uerbo idem post paulo utitur. Aut si bullat: aut si male olet. **g** Laribus donata: generosi adolescentes pueritię annos egressi auream bullam laribus suspendebant: Horatius in sermonibus: Donasset iam ne catenam ex ucto laribus querebat. Laribus uero Seruius tullius primus omnium compitalia & ludos instituit: quod in regia cubanti puero caput affisse uisum: creditumque laris familiaris filium. Ab Augusto postea idem ludi renouari: laresque in compitis positi: & libertini sacerdotes dati sunt quos augustales appellauit. Lares autem dii domestici Manię deę filii dii sunt & caninis pellibus Plautarcho auctore induuntur: quas ideo succingunt ut expeditioresque sint: Nā diligentes exactores uniuscuiusque uite sunt: & humanarum exactio num speculatores scelcrumque ultores: quapropter & canes iuxta eos affident quoniam ad inuestigandū sagaces sunt. Suburra rota: suburra regio romę est uicinia: ut Varro scribit: uel quod sub teo carinarū muro cēt: uel qđ iuerit sub antiq̃ urbe: Vel poti⁹ a pago succusano: sic dicto quia succurrit carinis. Hęc iuxta carinas celio mōti cōiuncta erat. Suburrā autē p uiris subarranis: cōtinens pro contento ponit. **i** Iam cādid⁹ umbo: cū id ētatis essem: ut in militiam scribi possem. Umbo enim curuatura scuti est: quam tamen pro scuto ponunt.

Nec scloppo⁹ tumidas intendis rūpere buccas:  
 Verba togę sequeris: iūctura callidus acri  
 Ore⁹ teris medico: pallentes⁹ radere⁹ mores  
 Doctus: & ingenuo⁹ culpam defigere ludo.  
 Hinc⁹ trahe quę dicas: mēsaq; relinque micenis  
 Cū capite & pedibus: plebeiaq; prandia noris:  
 Non⁹ equidē hoc studeo: pullatis⁹ ut mihi nugis  
 Pagina turgescat: dare⁹ pondus idonea fumo  
 Secreti loquimur: tibi nunc hortāte⁹ camœna⁹  
 Excutienda damus pręcordia: quantaq; nostrę  
 Pars tibi sit cornute animę tibi dulcis amice  
 Ostendisse iuuat pulsa⁹ dignoscere cautus  
 Quid solidum crepet: & pictę⁹ tectoria linguę  
 Hic ego⁹ centenas ausim deposcere uoces  
 Ut quantum mihi te sinuolo⁹ in pictore fixi  
 Voce traham pura: totūq; hęc uerba resignent⁹  
 Quod latet arcana non enarrabile fibra.  
 Quū⁹ p̃mū pauido⁹ custos⁹ m̃ hi purpura cessit.  
 Bullaq; succinctis laribus⁹ donata pependit.  
 Cū blandi comites: totaq; impune suburra⁹  
 Permisit sparsisse oculos: iā⁹ cādidus umbo:  
 Cumq; iter ambiguū est: & uitę nescius error



Tyrones uero albis scutis utebantur ad eorum nouitatem tyrocinii demonstrandam: Virgilius. Parmaq; inglorius alba. Contra ueterani & strenui milites picta scuta gestabant: ut apud eundem poetam & picti scuta labici. h Ramosa in compita. Hoc propter pythagoram dicit: qui hominis uitam in ipsilon littere formā diuisit. l Trepidantes ambiguas an uoluptatum quæ lata & plana est: an uirtutis: quæ arcta & ardua: uiam sequantur. m Apposita in tortos extendit regula mores. Rectam institutionem cornuti laudat: qui tanta facilitate ac tali regula in tortos iuuenum mores ad uirtutem dirigit: ut ipsi eius præcepta libenter admitterent. n Artificem uultum: artificiosum: nam

Deducit trepidas ramosa<sup>a</sup> in cōpita mētes<sup>b</sup>  
Me tibi supposui: teneros tu suscipis annos  
Socratico<sup>c</sup> cornute sinu: tūc fallere solers  
Apposita in tortos ostendit regula mores  
Et premittit ratione animus uinci: laborat  
Artificēq;<sup>d</sup> tuo ducit sub pollice uultum  
Tecū & enī longos memini consumere soles  
Et tecū primas epulis decerpere noctes.  
Vnū opus & requiē pariter disponimus ambo  
Atq; uerecunda laxamus<sup>e</sup> seria mensa  
Non<sup>f</sup> equidē hoc dubites amborū fœdere certo  
Cōsentire dies: & ab uno sydere duci  
Nostra uel æquali<sup>g</sup> suspendit tēpora libra  
Parca tenax ueri: seu nata fidelibus<sup>h</sup> ora  
Diuidit in geminos<sup>i</sup> cōcordia fata duorū  
Saturnūq; grauē nostro ioue frangimus una:  
Nescio<sup>j</sup> quid certe ē quod me tibi tēperat astrum  
Mille<sup>k</sup> hominū species. & rerū discolor usus.  
Velle suū cuiq; est: nec uoto uiuitur uno.  
Mercibus hic italīs mutat sub sole recenti  
Rugosū piper & pallentis<sup>l</sup> grana cymini.  
Hic satur irriguo<sup>m</sup> mauult turgescere somno:  
Hic<sup>n</sup> cāpo indulget: hunc<sup>o</sup> alea decoquit: ille  
In<sup>p</sup> uenerem putris: sed cū lapidosa<sup>q</sup> chiragra:  
Fregerit<sup>r</sup> atticulos ueteris ramalia fagi:  
Tunc<sup>s</sup> cassos trāsisse dies: lucēq; palustrem  
Et sibi iā feri uitā ingemuere relictā.  
At te nocturnis iuuat impalescere chartis:  
Cultor enī iuuenū purgatas inseris aures  
Frugē<sup>t</sup> cleanthea: petite hinc iuuenesq; senesq;  
Finē animo certū miserisq;<sup>u</sup> uiatica canis

artificem pro eo quod arte perfectum est posuit.

Quæ translatio ab his qui fingunt imagines sumpta est. o Laxamus seria: seu uerioribus interdum studiis ad mensam depositis iocos & sales modeste inspergimus. p Non equidem hoc dubites: mutuum hunc amorem a sideribus nasci uult: quod sub geminibus natus uterque sit iouis benignitate: saturni malitiam superante. q Aequali libra: parcam dicit equa lance ac liberatione utriusque horam suspendere. Libra uero quæ & as & mina dicitur duodecim uncis constat: & ab ea librare de librareque ducitur. r Fidelibus: nobis qui mutuo inter nos animo fidi sumus: s In geminos: castorem & pollucem maxima concordia iuncti se iunctorum iuppiter parens cælo intulit quos geminos posteritas nominauit. Horum stelle salutares sunt in medio æstiuo solstitio iuxta cancrum locatæ. Varro tamen de re rustica libro secundo: Apollinem & Herculem deos appellari geminos autumnat. i Nescio quid certe est: scio equidem propitio quodam astro me tibi coniunctum esse: quod tamen illud si ignoro. Astrum uero græcum est: quod sidus latine dicitur. Plures autem sicellas significat: quæ aliquod signum componant: ut gemini: lyra corona & quæcunque alia formarum genera in cælo notantur. Interdum tamen sidus pro stella unica reperitur. u Mille hominum species: diuersa hominum studia esse monstrans. Coruū philosophia teneri dicit: cui nemo nisi qui libero animo sit: stare dere possit. x Pallentis cuminis: cuminum & satium & siluestre est quaternis aut quinis foliis ueluti scratis multis egritudinibus magno usui: sed pallorem bibentibus gignit: Horatius primo epistolarum: quod si pallorem casu biberent exanisque cuminum. y Irriguo mauult turgescere somno: bene saturari pleniores somno tumescentibus uenis fiunt: Virgilius in bucolicis de Sileno inflatum hesternis uenas ut semper iacho: Irriguum autem somnum dixit: quod membra in riuum morem campos preterlabentis irrigat: ut Fessos sopor irrigat artus apud eundem poetam. z Hic campo indulget: martium campum intelligit: in quæ honoris & dignitatis cupidi magistratu petitori descenderant. a Hunc alea decoquit: decoquere est solusum sectantibus. b In uenerem putris

lutione creditoribus impedita fidem concidere. Quod persepe euenit aleæ lusum sectantibus. b In uenerem putris nimia uenus corpus debilitat & resoluit. c Lapidosa chiragra: podagra pedum: chiragra manuum dolor est: quæ lapidosam propter excrecentes tumores dicit. d Fregerit: ita enim quandoque podagra distorti sunt: ut infracti esse uideantur. e Tunc cassos: tunc queruntur in rerum ignorance tanquam in tenebris se uixisse. f Fuge cleanthea: philosophica disciplina. Cleanthes enim Asiæ philosophus Pharii filius plurimos libros in stoica secta composuit. g Miserisque uiatica canis. Senectuti: quæ canitiæ capillorum significatur. Est uero primo: ista misera: quæ rudibus & indoctis uiris senectus: nisi philosophiæ uiatico tussinoque præsidio subleuetur.



**h** Cras hoc fiet: ostendit multos mortales diem ex die protrahendo nunquam ad doctrinam uirtutis alūnam incū-  
 bere. **i** Quid (quasi magnum) nempe diem donas. Interrogatiue cum quadam commiseratione per parenthesis le-  
 gendum est: dicit enim: Cur hunc diem incipiendi certum finem cognoscere: quasi magnum quid sit tantum differ-  
 Nemp̄ uero confirmatiuū aduerbium est: ut Nemp̄ hoc assidue. **l** Iam cras hesternum: cras respectu dici exacti  
 dicit: est enī ex aduerbio nomen factū. **l** Nam quāuis p̄pe te: optima similitudo a curru translata. Quāuis enī in-  
 quit te cras inchoaturū semper dicas: nunq̄ tamen incipis: quēadmodū euenit in quadrigis: in quibus secūdi axis  
 rota licet priori semp̄ insitet eam tamen nunquam  
 consequitur. **m** Vertentē cātum: ferrum quo ro-  
 tē extremitates uinciūtur cantus (auctore Quin-  
 tiliano in primo) dicitur. **n** In axe secundo: quas  
 drigē duos rotarū ordines cū habeant duplici quo-  
 que axe uertuntur. Axis uero stipes teres est: cir-  
 ca quem rota uersatur. **o** Libertate op̄ est: ad cēs-  
 tam finem animi consequendum: recteque philo-  
 sophādum libertate animi opus esse demonstrat.  
**p** Velina tessera: an quia ius suffragiorū in tri-  
 bubus habentes munera a diuisoribus capiebant.  
 An potius ad cēsarum morem respexit: qui frumē-  
 tum quandoque populo diuidebant. Velina uero  
 regio in urbe est palatino monti coniuncta. in q̄  
 Valerī publicolę domus & uictorię deorumque  
 penatiū cedes erant: Dicta autem uelina est: quod  
 ibi pastores palatini uellere lanam sint soliti. Pri-  
 sci enim ante tonsurę usum lanam uellāt: unde &  
 uellara nominant. **q** Publius p̄nominē liberū  
 ac quietem esse ostendit. Verum non hanc cor-  
 poris libertatem ad sapientiam satis esse declarat.  
**r** Tessera: a thessa mensurę genere diminū-  
 tiuum tessera sit. Quę interdum & symbolum bellicum est quod in aciem prodeuntibus dabatur: ne con-  
 fusio inter milites oriretur: Virgilius septimo: Classica iamque sonant it bello tessera signum: est p̄terea  
 quattuor laterum talus: quo aleam ludebant. Nartialis tertio decimo: Non mea magnanimo depugnat te fiera talo.  
**s** Scabiosum far: an ut rem magis imminuat scabiosum quasi corruptum frumentum dicit. An uero ad glumen aris-  
 tamque grani respexit: quorum in uolucris tanquam corpus scabie. granum operitur possidet. **t** Heu steriles uer-  
 ri: non manu emissos: sed a cupiditatibus solutos liberos esse significat. Ordo autem talis est: Heu steriles uerri: hoc ē  
 ignari ueritatis: quibus una uertigo id est per p̄torem facta liberatio: facit aliquem antea seruū: liberum ac qui-  
 ritem uideri: possidet ne ueram libertatem qui sic corporis seruitutem exuerit. **u** Vna uertigo: domitus seruū libe-  
 raturus cum ad p̄torem ducens dextra apprehendebat atque ad se conueiebat: ut Apianus quarto de bellis ciuilibus  
 libro scribit: libertate se eum donare dicens. tunc p̄tor uindicta eum tangens seruitio liberabat. Ille postea ras-  
 so capite in templo feronię libertorum de pilleum assumebat. Cuius rei in amphitrione Plautus meminit. Quod  
 utinam ille facit iuppiter: ut raso capite portem pilleum. **x** Hic dama est: hic uilis seruus & nequam est & cum (qa  
 dominus liberarit) existimas liberum factum esse. Dama autem serui nomen est: quo & Horatius utitur. Tu ne sy-  
 ri dame aut Dionysii filius audes Denicere e saxo ciues. **y** Non tressis: non trium assium p̄tenti. **z** Agos: serui  
 nomen hoc loco ut apud Horatium quoque ponitur. si patinam pede lapsus frangat agos. Alibi auctorem equorū  
 significat. Plinius quinto & trigesimo de anthimone p̄tore: pinxit & in una tabula: quaque maxima inclauit:  
 agasem cum equo. **a** Vappa: uinum quod iterum sponte deferunt: si. poreque amisit uappę nomen accepit. Qd  
 Plinio teste quattodecimo libro probrosum quoque hominibus est: cum eorum animus denegauerit. Vappa itaque  
 pro uili & ignauo & nugatore accipitur. Horatius in sermonibus: Non ego auarum. Cum ueto te fieri: uappam ius-  
 beo aut nebulonem. **b** Et in tenui farragine mendax: sub specie libertatis per quam tesseram suaz farris obtinuit:  
 mendax tamen est: quia cum liber appareat uitis & turpitudini seruit. Farrago uero inde dicitur quod far ferro cēs-  
 sum: aut quod primum in farracia segete seri coeptum. **c** Exit marcus dama. Qui paulo antea cum seruus esset das-  
 ma uocabatur: mox a domino manumissus momento temporis marcus dicitur. Quod uiri romani p̄nomen est. Pro-  
 prio enim nomini Prisciano auctore p̄nomen p̄ferebatur: uel differentie causa: ut alter ab altero nosceretur: uel  
 quod cum sabinos in urbem receperunt: ad confirmandam conjunctionem illorum nomina suis nominibus p̄po-  
 suerunt: & inuicem sabinī romanorum atque ex eo tempore seruatum est: ne nemo romanus p̄n nomine careat.  
 Quo quidem a seruis distigebantur. Nam p̄nomina seruis indere non licebat: P̄nomina uero sunt ut, P. Mar-  
 cus: Gaius. Cn. & ciusmodi cetera. Itaq; Persius publicum: Marcumque dicendo quiritem factum esse demonstrat.  
**p** Pape marco spondente recusas credere tu nummos: Respondentis loquitur uerbis libertum esse: quoniam & pro

Cras hoc fiet: Idē cras fiet: Quid' (q̄si magnū)  
 Nēpe diem donas: Sed cū lux altera uenit  
 Iā cras hesternū consūpsimus: ecce aliquid cras  
 Egerit hos annos: & semp paulū erit ultra.  
 Nā quāuis prope te: quāuis temone sub uno  
 Vertentem sese frustra sectabere cantum  
 Cū rota posterior curras & in axe secūdo  
 Libertate opus est: nō hac qua quisq; uelina  
 Publius emeruit scabiosū tessera far  
 Possidet: heu steriles uiri: quib; una quiritem  
 Vertigo facit: hic dama est: non tressis agalo.  
 Vappa & alippus: & in tenui farragine mēdax:  
 Verterit hunc domin; momento tēporis: exit  
 Marcus dama Pape marco spondente recusas



alio respondere & tabulas subscribere possit: quod seruis negatum est. pape uero admirantis aduerbiū est, Terentius in Eunuchis: Pape superat ipsam thaidem. e Hęc mera libertas: respondet poeta in manumissione meram libertatem non consistere sed decora pronuntiatione hic uersus legendus est. Hanc nobis pilea donant: pileum capite asfumebat qui manu a domino mittebatur. Libertatis enim ad signum erat. Appianus de bellis ciuilibus romanorum libro secundo. Ex his quidam pileum in hasta præferebat libertatis signum: uniuersosque ad ciuitatem patriæ uocabat. f An quisquam est alius liber: tripertita concinatione se liberum esse colligit. Primo enim pponit libertatem

Credere tu nummos: marco sub iudice palles:  
Marcus dixit ita est: assigna marce tabellas:  
Hęc mera libertas: haec nobis pilea donant.  
An quisquā ē alius liber: nisi ducere uitā  
Cui libet ut uoluit licet ut uolo uiuere nū sū  
Liberior bruto: Mendose colligis inquit  
Stoicus: hic aurē mordaci lotus aceto  
Hęc reliqua accipio: licet ut uolo uiuere tolle  
Vindicta postq̃ meus a prætori recessi.  
Cur mihi non liceat: iussit quodcūq; uoluntas  
Excepto siquid masuri rubrica uetauit  
Disce: sed ira cadat naso: rugosaq; fanna.  
Dū ueteres auias tibi de pulmone reuello.  
Non prætoris erit stultis dare tenuia rerū  
Officia: atq; usum rapidæ permittere uitæ  
Sambuca citius caloni aptaueris alto:  
Stat cōtra ratio: & secretā gannit in aurē  
Non liceat facere id quod quis uitabit agendo  
Publica lex hominū: naturaq; continet hoc fas

esse uiuere ut uelit. Deinde assumit licere sibi ut uelit uiuere. Postremo concludit cum id sibi liceat liberio rem se bruto esse. g Aures mordaci lotus aceto: habens aures aceto lotas beneque purgatas & eruditas & quę nullis argumentationibus decipiantur. Nam cum acris & uehemens aceti natura sit eoque pulsus & nares & tempora & aures excitent: quod sensuum erat ad ingenii scientiæ transfudit. h Licet illud ut uolo uiuere tolle. Assumptionem non probat: quia ille asseribat licere sibi ut uellet uiuere, ostendit autem neminem uiuere ut uult præter eum qui recta sequitur: & cui uis uendi uia considerata atque p̃uisa sit. i Vindicta postquā meus a prætorie recessi: postquam me liberū prætor fecit: cur negas nō licere mihi quodcūque libuerit facere: his exceptis quę legibus prohibemur. Vindicta uero uirga est: qua serui a prætore in libertatem asserbantur: dicta autem a uindicio seruo est: qui coniuratos uolentes in urbem recipere tarquinos p̃didit. L. Iulius secūdo ab urbe condita. Premiū iudici pecunia ex prætoris libertas & ciuitas data. Ille primum dicitur uindicta liberatus. Quidam uindictę quoque nomen tractum ab illo putant: quia uindicio ipsi nomen fuit. l A prætore: omnem magistratum cui pareret exersitus: prætorem: appellauerunt: unde & prætorium tabernaculum eius dicitur: & in castris porta prætoris: & præfectus prætorio nūcupatur: sed patres

quo tempore. L. Sestius primus ex plebe cōsul creatus est: Fusum camillum Marci filium primum prætorem uirbanū (qui in urbe ius diceret) creauerunt. Mox unico prætore non sufficiente (q̃ multi perigrini in ciuitatē ueniunt) aliū creatus est: peregrinus: quia peregrinis ius diceret appellatus. Procedente deinde tempore alii prætores creati sunt: q̃ & in prouincias mittebantur. Dictus uero prætor est: ut Varroni placet: qui iure prænet. Eius magistratus insignia: trabea uestis: cella currulis: lectoresque sex cum fascibus extitere. l Masuri rubrica: minū & rubrica eiusde; serme coloris sunt: quibus (quoniam dariores litteras facerent) in scriptura uoluminū utebantur: sed quia capita legū librorumque tituli rubrica inscribebantur: rubrā pro lege denominauit. Masurius autem sabinus iuriconsultus clarus est habitus. m Sed ira cadat naso: noli irasci: irati enī quandoque nares contrahunt. n Rugosaque fanna: irrissio quę p̃r defanationem fit: ut Posticę occurrat sanne. o Veteres auias: ineptas confabulationes quas puer ex auia didicisti Tibullus: Assideat custos sedula semper anus. hęc tibi fabellas referat. p Nō prætoris erat: incipit ratione ostendere: prætorem non posse tenuia & acuta sapiētę præcepta ignorantibus uiris dare: & p̃pterea ne libertatem quide; (quę non nisi in sapientem cadit) posse concedere. q Sambucam citius caloni aptaueris alto: nō me fugit cum sambuca musici instrumenti genus sit: hunc uersum fere ab omnibus legi: quod citius caloni alto musicę ratione; tribueris: quam prætor uitiosis libertatem concesserit. Verum cum calones militum serui sint Sambuca quoque machine be licę genus sit (ut in similitudine atque translatione uerborum persitet) potior sensus erit: Citius caloni seruo militari alto ac propterea rudi atque inepto sambucam intendendam aptaueris: hoc est rei militaris peritia; dederis: quā prætor uitiosos libertate denauerit. Est uero sambuca (ut Festus ait) machina bellica: quam in urbium expugnationibus intendebant: dicta quod ut uoces in sambuca organo: sic funes in ea machina intenduntur. r Calones autē militum serui sunt castra sequentes: uel a calis: id est a lignis & fustibus quos gestabant: uel a calādo cognominati: hoc est quia ad ministerium uocarentur. Calare enim uocare est: Vnde & calendę. A quibus nonnulli dictos quoque calones putant q̃ calendarum die cibaria caperent. s Quod quis uitauit agendo: quod si agatur uitiosum sit. Nihil uero præter rectum fieri licet. t Publica lex hominum natura quę cōtinet hoc fas. Leges omnes aut diuinę aut humane sunt. Humane morib; diuinę natura cōstant. Fas lex diuina est: Ius humana: Aut ergo & humana & diuina



lege hoc constare: ut uitia fugiamus: neque per ignorantiam excusemur. u. **Vt teneat uetitos infcitia debilis actus:** ut etiam infcui acruces a quibus debeant abstinere cognoscant. x. **Inficitia debilis:** ignorantia enim mortales imbecillos ac debiles contra cupiditates reddit. y. **Diluis helleborū:** similitudine probat insipienti non licere ut uelit uiuere: neque ei libertatem concedere quenquam possit: quemadmodum medicinę ac nauigationis in expertis: neque pharmacorum confectio: neque maius gubernatio permittetur. Hellebori autem genera duo sunt: Nigrū: quod purgat per inferiora. Candidum: quod uomitione causas morborum extrahit. z. **Peronatus arator:** perone calciatus. Est enim pero calciamentū rusticum ex corio contra imbres niuesque ac frigora paratum. luena

lis libro. v. Quem non pudet alto per glaciem perone tegi. Virgi. libro. vii. Priscos latinos perone in bellis usos ostendit: Vestigia nuda. Sinistri instituire pedis: crudus tegit altera pero. a. **Luciferi rudis:** nauigationis ignarus cum uel camstellā quę cunctis innotescat ignoret: Lucifer sane idē quod hesperus est. Sed cum plurimum distat a sole: facta uicina occidentalibus plagis exacta prope modum nocte apparens: Lucifer (quia tunc maxime luceat) appellatur Hesperus uero nomen accipit: quod in cois uespere post occasum solis appareat. b. **Exclamet melicerta perisse frontem de rebus:** pudorem omnem & uerecundiam: quę maxime in fronte dignoscitur: Interisse Melicerta nauarum deus clamitans conqueratur. Melicerta uero Inonis & Atamantis regis thebarum filius patrem: cum matrem fugiens se una precipitauit in pelagus. Ambo uero in deos marinos miseratōe deorum conuersi sunt Ino in matrem mutatā: quę & leucotoc. Melicerta in portunū: qui & palemō etiam dicitur. Hic a romanis: ut scribit Festus: inter deos colebatur. Naute quoque cum uenerabatur: Virgi. in Georgi. Votaque seruati soluent in littore naute Glaucoque & panopeę & Inoo Melicertę. c. **Recto talo:** recta uia & ratione. Quod a talo calcis osse translatus est: Talis enim & crucibus non obtortis recte inceditur. d. **Sub prato auro:** cum aurum extra appareat: es intus existēs. e. **Creta:** colore albo & benigno. f. **Carbonis:** nigro colore ac subinde noxio. g. **Presso lare:** lardo mesticus deus est: qui pro ipsa domo interdū ponit. Hora. Qui patriū mimę donat sū dumque laremque: paruam igitur & modestam domum intelligit. h. **Iam nūc astringas iam nunc granaria laxes:** quantū debes & potes quibus decet impartiare. Granaria autem loca in horreis sunt seruādis seminum granis parata. i. **Inque luto fixum possis transcendere numū:** uel de puerorum consuetudine tractum est qui numum filo alligantes in lacumque iacentes si quis eum colligere uoluisset per filium occultatū ad se trahabant illius auaritię illudentes. Vel potius turpe lucrum ex sordido quęstu partum intelligit. l. **Nec gluto sorbere saliuā mercurialem:** Nec eum magna anxietatē lucro inhīare. A gulosis uero translatus est. nam a gula gluto: gulosus dicitur: & sorbere ad nimiam gulositatem refertur. Ipsa quoque saliuā in ore est: quam pro luti cupiditate per translationem posuit. Cui quia mercurius pręst: mercurialem cognominauit. l. **Pictoribus ac ioue dextro.** Humano: diuinoque iure concedentibus. m. **Fronte politus:** ferens pre te speciem boni uiri intrinsecus ple nus dolorum sis. n. **Vapido sub pectore:** astuto a uapore. Qui enim calidiore sanguine sunt: ingenio & astutia magis ualent. Vulpi uero astutia tribuuntur. o. **Funemque reuoluo.** Iterum te in seruitutem redigo cui paulo antea (si careres his uitiis) libertatem concesserim. p. **Nil tibi concessit ratio:** nunquam tibi ratio dederit: ut uitiis seruiens liber sis. q. **Digitum exere:** aperte profiteare: quod a pugnantibus tractum est pollicis erectione se uictos fatentibus. r. **Ecquid tam paruū est:** Ecquid separatim per interrogationem legendum est. Respondentis enim uerba sunt ad mirantis simul & sciscitantis cur ob tam parua uitia libertate carere putādis sit: s. **Sed nullo iure litabis:** nullis donis a superis impetrabis ut in quibus uitiositas est: uirtutis pars aliqua ac propterea ne libertas quidem esse possit. t. **Semuncia uero media uncia est a semis:** quod medium significat deriuata. u. **Nec enim sis cetera fossor:** quemadmodum fossores inepti & agrestes homines imitari nulla mimos in parte sciunt: sic

**Vt teneat uetitos infcitia debilis actus.**

**Diluis helleborū certo compescere puncto**

**Nescius examen: uetat hoc natura medenti.**

**Nauim si poscat sibi peronatus arator**

**Luciferi rudis: exclamet melicerta perisse**

**Frontē de rebus: tibi recto uiuere talo**

**Ars dedit: & ueri specimen dignoscere calles**

**Nequa subærato mendosum tenneat auro**

**Quęq; uitanda forent: quęq; sequenda uicissim**

**Illā prius creta: mox hæc carbone notaasti.**

**Et modicus uoti presso lare dulcis amicus**

**Iam nunc astringas: iam nunc granaria laxes:**

**Inq; luto fixum possis transcendere numū:**

**Nec gluto sorbere saliuā mercurialem:**

**Hæc mea sunt teneo: cū uere dixeris esto**

**Liberq; ac sapiens prætoribus ac ioue dextro:**

**Sin tu cū fueris nostræ paulo ante farinæ**

**Pelliculam ueterem retines: & fronte politus**

**Astutā uapido seruas sub pectore uulpem**

**Quæ dederā supra repeto funeq; reduco**

**Nil tibi concessit ratio: digitū exere: peccas.**

**Ecquid? tā paruū est: sed nullo iure litabis**

**Hæreat in stultis breuis ut semuncia recti.**

**Hæc miscere nefas: nec cū sis cætera fossor**



uitiis dediti neque iuit exercere uirtutes. Batillus autem Neronis quo ioculator ac saltator eximius fuit: Iuuenalis Molli saltante batillo, Tuscia uesice non imperat, Satyri uero dii siluestres petulantes ac saltatores in antiq. comoc diis inducuntur: quorum personas in theatro mimi plerumque assumebant. x Liber ego: assueueranter aduersari liberum se esse affirmat, unde datum hoc sumis: Respondet poeta cum tot uitiis subditus sis: unde tibi libertatem aus des assumere. y An dominum ignoras nisi quem uindicta relaxet: an non credis alium tibi esse preter cum a quo te pretor liberauit: quibus uerbis ostendit non cum qui uindicta pretoria liberetur: sed qui uitiis non seruiat: libe

Tris tantū ad numeros satyri moueate batilli  
Liber ego: unde datū hoc lēris tot subdite reb?  
An dominū ignoras: nisi quē uindicta relaxat  
I puer: & strigiles crispini ad balnea defer  
Si increpuit cessas: nugator seruitiū acre  
Te nihil impellit: nequicquā extrinsecus intrat  
Quod neruos agitet: sed si intus & iecore ægro  
Nalcuntur domini: qui tu impunitior exis  
Atq; hic quē ad strigiles scutica<sup>b</sup> & met<sup>9</sup> agit he-  
Māe piger stertis: lurge iqt avaritia eya<sup>c</sup> (nilis  
Surge: negas: instat surge inqt: Nō queo: Surge.  
En qdagā: Rogas: en laperdā aduehe pōto  
Castoreū<sup>d</sup>: stupas: habenu<sup>e</sup>: tus: lubrica<sup>f</sup> coa  
Tolle recens primus piper e sitiente<sup>g</sup> camelo  
Verte aliqd: iura<sup>h</sup> S<sup>3</sup> iuppiter audiet, Heu<sup>i</sup> heu  
Varo<sup>j</sup> regustatū digito terebrare salinū  
Cōtentus perages si uiuere cū ioue tendis  
Ia<sup>k</sup> pueris pellē succinctus: & cœnophorū<sup>l</sup> aptas  
Ocius<sup>m</sup> ad na uem nihil obstat: quin trabe uasta  
Aegæū rapias: nisi solers<sup>n</sup> luxuria ante  
Seductū moneat: quo<sup>o</sup> deinde insane ruis: quo?  
Quid tibi uis: calido<sup>p</sup> sub pectore mascula bilis

rum esse: z I puer & strigiles: seruitutem corporis non tam artam q̄ animi esse ostendit. dicit eni Si quid ab hero facere iussus sis: hęc seruus cor porca nihil animum tuum perturbat. At si intrin secus uitiis seruis: uehementi<sup>9</sup> angeris: q̄ qui me tu uerberum hero parat. Strigiles uero ad fricandū & polliendum corpus paratē sunt: a stringendo hoc est tergendo & radendo cognominate. Puer autem pro seruo ponitur. Horatius in sermonibus: An hic peccat sub noctem qui puer uiam furtiua mutat strigili. a Qui tu impunitior exis atque hic ex Horatio sumpsit Qui tu impunitior illa: quē paruo sumi nequeunt obsonia captas: quidā qui pro cur & quare legunt: ut qui sit moctenas: Atque uero pro q̄ comparantis aduerbio ponitur Idem in primo sermonum: Non se peius cruciaue rit atque hic. b Scutica: scytos gręce: pellis lati ne dicitur. Vnde scutica genus uerberis e loris fa cti deducitur. c Mane piger stertis: altercationē inter se avaritię ac luxurię ponit: quatum utrius qui obtemperat nullo pacto liber esse queat. d Eya: hortantis aduerbium est: Horatius primo ser mone: Eya quid stas. e En quid agam: desidis dubitatio quid si surgat agendum sit. f Rogi tas avaritię uerba cum quid facere debeat admo nentis. g En saperdam adueheien & ecce osten dentis aduerbia sunt: & separatim a reliquis hoc in loco en debet pronunciari: Saperda uero ut Fe stus ait: pessimi piscis genus est. h Castoreū: ca stor & fiber ponticum animal idem est testiculos sibi amputans urgēte periculo: ob eos se peti gna

rus. In usu enim medicis sunt. Horrendi quidem animal morsus est. Nam si hominem comprehendit: non ante morsum resoluit: q̄ ossa infracta concreuisse senserit. Caudam uero piscium similem: ceteram spem lutę habet. 1 Hebenum: hebeni arboris indicę genera duo sunt. Vnum si uticosum citisi modo. Alterum rarum enodi trunco. Ma teria eius nigri ac iocundi splendoris ē: quam accēdi negant. Eam pompeius magnus mithridatico triumpho prim<sup>9</sup> exhibuit. l Lubrica coa: uina coa uel aluum soluentia uel quę sine palati asperitate potentur ob eorum lenitatem. l Tolle primus: primus ait quia minus lucrantur qui in mercibus emendis postremi sunt. m Sitiente camello: prę properam negociatoris fęstinationem ostendit. In quatrduum enim sitim hoc animal tolerat. Verum cum bibendi facultas datur: tantum impletur quantum preteritum sitim expleat & in futurum diu profit. n Iura: uel quo citius ac melius uendas: uel quia ut Horatius inquit: Laudat uenales qui uult extrudere merces. o Sed iuppiter audiet: adolescentis uerba: Ionem si ita iurauerit auditurum. p Heu heu: avaritia admonet: si metu dcorum teneatur pau perem semper futurum. q Varo stulte ac non recte sensiens. A uaris translatum: qui introrsum crura intorta ge runt, nam qui in exteriorcm partem obtorta habent: uacii appellantur. Varro de re rustica libro secundo de canibus scribens: Cruribus rectis ac potius uaris q̄ uacis. r Iam pueris pellem: hęc ex poetę persona dicuntur ostendentis illum iam avaritię parere uelle: Dicit enim: itaq; te paras ad nauigandum. s Cœnophorum uas: uas est uinarium. Iu uenale: Totum cœnophorum sitiens. t Ocius: ab ocys uerbo gręco: quod cito significat: ocys & ocysime aduersa bia: & ocyor & ocysimus nomina deriuantur. u Solers luxuria: ingeniosę contra avaritię adhortationes. Alias enim deses & laete est: nam luxuria nimia rerum profusio ac supra pudorem est: unde luxuriosos in re familiari pro digos & solutos dicimus. x Quo deinde insane ruis: quo luxurię uerba adhortantis ne avaritię deditus perpetu is cruciatibus torqueatur: sed domi ociosę degens genio suo indulgeat. y Callido sub pectore mascula bilis intus uiuit: quam non extinxerit urna cicutę. hoc per parēthesim legitur: & poetę attribuitur. ait enim propter luxurię



reprehensionem contra auaritię tuę cupiditatem: quę iubet ut nauigandi sententiam mutes: ita irascaris: ut non solum obolo aut drachma cyato ne aut accubulo: sed ne urna quidem cicutę ab ira eiusmodi purgari possis. Cicuta uero licet homini (ut inquit Lucretius) acre uenenum sit: ad multos tamen usus ac presertim ad refrigerandum sitmaschum ualet. Itaque cum bilis ardore intumuisse poeta dixerit: ut medicinę artis peritus: cicutam in remedio posuit.

